

*Instrumentum venditionis di
Francesca, vedova di Raimondo
Falifoci e di Giovanni Palmerio, a
favore di Petruccio, detto Infante.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Francesca, vedova di Raimondo
Falifoci e di Giovanni Palmerio, a
favore di Petruccio, detto Infante.*

1424 marzo 12

† In nomine domini nostri Iesu Cristi, amen. Anno incarnationis ipsius millesimo quatragesimo vicesimo quarto, regnante serenissima domina Iohanna secunda, Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie, Dalmatie, Crohatie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque regina, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno octavo, feliciter, amen, die duodecimo mensis marcii, secunde indictionis, in civitate Potencie.

Nos Carlucius de Musculo de Neapoli, civis dicte civitatis Potencie, annalis ipsius civitatis iudex, Antonius Mordente de Laurino, civis civitatis eiusdem, plupicus ubique per provincias Terrelaboris et comitatus Molisii, Principatus citra et ultra Serras Serras Montorii ac Basilicate reginali auctoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto instrumento vendicionis puplico fatemur, notumfacimus et testamur quod in nostri presenciam constituta Francesca, mulier relicta condam Raymundi Falifoci et condam Iohannis Palmerii, oblata, ut asseruit, loci Santi Spiritus de civitate predicta Potencie, ex una parte, et Petrucio, dicto lo Infante, ex parte altera. Ipsa quidem Francesca oblata coram nobis predictis iudice, notario et testibus subscriptis, ostendit et plupice legi fecit quandam cartam papiraceam sigillo magno dicti loci Santi Spiritus in cera viridi sigillatam, que erat per omnia tenoris et continencie subsequens:.... Preterea prefata Francesca Raymundi oblata que supra presens coram nobis predictis iudice, notario et testibus infrascriptis non vi, dolo, metu coacta vel aliter circumventa sicut sibi in hac parte utile et expediens visum fuit, pro suis comodis et utilitatibus faciendis et auctoritate predicte carte preste et concesse

sibi ut oblate per fratrem Antonium supradictum sponte ac voluntarie coram nobis iudice, notario et testibus subscriptis sua spontanea et gratuita voluntate vendidit, alienavit et per fustis tradicionem assignavit, iure proprio et imperpetuum, eidem Petrucio dicto lo Infante emptori, ibidem presenti, ementi ac recipienti pro se et suis heredibus socziam unam vinee sitam et positam in loco ubi dicitur Sanctus Honufrius, cum palmentario comuni cum Cominello Iohannis Surdi et iuxta vineam seu aliam socziam vinee Cominelli Iohannis Surdi predicti, mediante lapassata dicti Cominelli vel alterius sui parte et heredum suorum intus dictam socziam vinee dicti Infantis emptoris ullo modo et ordine quod non faciat dapnum in dicta soczia vinee dicti Infantis emptoris, iuxta vineam notarii Thomasii Strambi, mediante via publica Potencie, iuxta pastinum seu dictam socziam vinee Cominelli predicti, mediante sepale que est dicti Infantis emptoris, et alios confines. Et dicta Francesca venditrix prefatum Infantem emptorem pro se et suis heredibus in corporalem possessionem dicte soczie vinee coram nobis per fustem induxit ad verum dominium et proprietatem ipsius Infantis emptoris et heredum suorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerint dictus emptor et sui heredes alienandum, cum viis suis in dictam socziam vinee intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo. Pro qua venditione dicta Francesca venditrix coram nobis confessa et contenta fuit se habuisse et manualiter recepissee a dicto Infante emptore nomine precii in carlenis argenti ponderis generalis sexaginta per unciam computatis, uncias tres, totum silicet precium venditionis ipsius.

Promictens dicta venditrix Francesca per se et suos heredes dicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti litem, controversiam vel questionem aliquam de dicta soczia vinee ullo umquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel assentiri, sed dictam socziam vinee eidem emptori et suis heredibus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, guarentire, disbrigare et de evictione teneri et dictam vendicionem et omnia et singula supradicta et infrascripta rata et firma habere, tenere et numquam contrafacere vel venire per se et suos heredes aut aliquos alios quovis modo, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius reginali curie vel alteri cuicumque curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela, et altera medietate dicto emptori et suis heredibus persolvenda, totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contraventum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicti emptoris pro se et suis heredibus a prefata vendicione penam ipsam sollemniter et legitime stipulante, qua commissa vel non commissa, exacta vel non exacta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refectione dampnorum, interesse et expensarum litis et extra que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento dicte emptoris et eius heredum, nulla alia probatione quesita. Et renunciavit super hiis dicta venditrix voluntarie et expresse pro cautela dicti emptoris et heredum suorum exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, presentis non sic celebrati contractus, exceptioni deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite

quam superius continetur et est expressum, exceptioni dicte non numerate pecunie, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi resisorie qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur et omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum, et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere, et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit, quibus et propter que dicte venditio et confessio seu huius venditionis instrumentum tenor possit in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis actendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia vera sint, dicta venditrix prefato Infanti emptori presenti et recipienti coram nobis ad sancta Dei evangelia tacta per eam iuravit et prestitit iuramentum.

1

2

3

Così A, qui e dopo.

Così A, si legga dictus.

La prima menzione dell'ospedale potentino, dipendenza del S. Spirito in Sassia in Roma, si riscontra in due testamenti inediti del 23 settembre 1392, dell'arciprete Graziano di Giacobino de Graciano, e del 27 luglio 1422, di Antonio de Vitellis (ASNa, Regia Camera della Sommaria, Diversi, 1a numerazione, Volume di istrumenti, cc. 106v-109v, n. 40; cc. 181r-184v, n. 58). Un istrumento di procura del 14 aprile 1440, inserto in un contratto dell'8 febbraio dell'anno seguente rogato dal notaio Giacomo de Ripa della terra di Palo, nella provincia di Principato citra, contiene la nomina di frate Teruccio di Auletta a procuratore degli ospedali di Santo Spirito di Potenza, di Pulcino Buccino e di Auletta da

4

5

6

7

Unde ad futuram memoriam et dicte Francesce venditricis preces et prefati Infantis emptoris suorumque heredum cautelam, factum est exinde presens plupicum instrumentum venditionis ipsius per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et subscriptorum testium signis et subscriptionibus parte del capitolo dell'Ospedale di Santo Spirito in Sassia di Roma, presieduto da frate Giovanni de Tricarico, precettore generale per il quale si rimanda a DE ANGELIS, *L'Ospedale di Santo Spirito in Saxia. Dal 1301 al 1500*, II, pp. 525-526. Il contratto è sottoscritto, tra gli altri, da Nicola de Alburna, arciprete di Palo e canonico dell'arcidiocesi di Conza (ASPz, Fondo San Francesco di Potenza, perg. n. 47; un regesto, piuttosto travisato, in G. FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, voll. 3, a cura di T. Pedio, Manduria 1968, vol. III, Cartulario e Codice Potentino, p. 346), che ne assegna la nomina da parte di papa Eugenio IV. Per tali notizie si rimanda anche a PANARELLI, GERARDI, *Fonti per la storia degli ospedali in Basilicata secc. XIII#XVI: spunti di indagine*, p. 72. L'ospedale di Santo Spirito era sito nella circoscrizione territoriale della parrocchia della Santa Trinità. Sulla sua probabile ubicazione si vedano FONSECA, *Le istituzioni ecclesiastiche dal Tardo antico al Tardo medioevo*, p. 304; PELLETTIERI, *L'edilizia ecclesiastica fino al XIV secolo*, p. 35.

Doc. n. 32.

Così A, si legga Così A, si legga assentire.

Così A, si legga dicti.

Così A

roboratum. Quod scripsi ego idem qui supra notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque solito meo et consueto signo signavi. (SN) Antonius † Ego qui supra Carlucius de Musculo de Neapoli annalis iudex interfui et me subscripsi. † Ego dompnus Guillelmus de Mallano canonicus Potentinus testis sum. † Ego diaconus Baldasar Mordente canonicus Potentinus testis sum. † Ego diaconus Nicolaus de Martino testis sum. † Ego dompnus Angelus Porcarius testis sum. † Signum crucis proprie manus Mathie de Cagnillo testis qui interfuit scribere nescientis. † Signum crucis proprie manus Laverii de Populo testis qui interfuit scribere nescientis.